

41

Vita Senecae

auctore

M. Wasmuth,
Philol. cult.

I Semest. 1827

Dorpatⁱ

scripsit auctor paullo ante mortem
inopinatam, finitque vespera eadem,
qua undis Embachinis in natandi periculo
submersus perit, d. 28. Maii 1827.

3
120

Lucius Annaeus Seneca, natus
Cordubae 756 a. u. c. s. p. l. n., patre
Marco Annaeo Seneca Rhetore et
matre Stelvia, vi ingenio, studio,
philosophia, honoribus, fatis et
morte memoratu dignus. Pater
docuerat differendi artem, cui ut
~~ut~~ omnem operam daret, magno
pere optabat, sed quom filio
philosophiae praecepta adnuerent
atque ingenium ferridum ad cogi-
tandum magis atque scribendum,
quam ad ediscendas eloquentiae
regulas aptum esset, optimos tunc
philosophiae praeceptores audivit.

Primum Lotionem, quem Lippius
falso Stoicus adscribit (Senecae vita
p. 11) qui ~~an~~ vita Pythagoreus, Ethicis
Stoicus esse voluit; insuper constat
Pythagoricam multis in rebus Stoicam
disciplinae matrem fuisse; tunc
Attalum Stoicum, Papirium Tabia-
num (Ep. 100) et Demetrium Cynicum.

Revocatus a patre ad rempub-
licam et honoris amore actus, cau-
sas nonnullas regnante Tiberio et
Cajo non sine gloria gessit, sed
breve per tempus, valedudinarius
quum jam a pueritia, ut ipse in
Epistolis et ad Helviam scribit, a)
et quum saepe a Catigula invidia

a) cf. Ep. 119. de ira 2, 3 ep. 104.

eloquentiae suae, interfectus esset;
quae tamen ars oratoria honores
ei patefecit nonnullos.

Quaestura enim functus est, quo
tempore primam quoque duxisse
uxorem multi adducuntur credere,
et magna affectus est calamitate.
a) Quem habuisse duas uxores Lippius
l. c. c. 5 p. 32 ex ep. 3 et de ira l. III, c. 26.
demonstravit. Nam, quum Paulinam,
senex, exilio reversus, in matrimo-
nium duceret, libros autem de
ira antea scribisset, quibus ux-
orem habuisse, eum qua Marcum
fil. procreavit, ejusque memi-
nit in Consolatione ad Helviam,
non refutandum sit.

Claudius enim paulo post impe-
rii initium, ex voluntate Messa-
lonae conjugis, Iuliam ut adul-
teram et Senecam a), qui cum
ea aliud quam philosophiam dice-
batur tractasse, in insulam Corsi-
cam rehi iussit.

Hic habitabat octo per annos,
quo eodem loco magnam tragoedia-
rum partem, quae sub eius no-
mine exstant, scribisse dicitur,
inter quas adest locus (Octavia

a) Locus Taciti Annal. l. XIII c. 42
non accusat philosophum eximium,
nam ibi allata oratio Iulii, ab
homine odio pleno et calumnia
non ut argumentum accipere pos-
sumus, ut jam Lipsius adnotavit.

Act II Sc. I. v. 381 seq.) ubi tranquil-
litas, qua in Corsica fruebatur,
his verbis describitur:

Melius latebam procul ad invidiae

Premotus inter Corsici rupes maris

Mibi liber animus, et sui juris,

Semper vacabat, studia recolenti

O quam jurabat (quo nihil majus

Natura genuit, operis immensi ar-
tifea)

Coelum intueri, Solis et curfos Sa-
eros,

Mundique motus, Solis alterna rices,
Orbemque Phoebes, astra quem cin-

quunt vaga,
Lateque fulgens aetheris magni
Deus! et aeth.

Quam eandem fere sententiam in Consol.
ad Helv. (c. 4. 8. 9) amplectitur.

Hoc tamen exilium non Stoice tu-
lisse Senecam a), apparet ex blan-
dimentis indignis, quibus Romanam
revocari vellet, et ex satyra sub
titulo: Claudii Caesaris Αποκροτο-
κέρτιοις, quo scripto elucet eum
et mortuo Caesari non potuisse
non animadvertere exilium.

a) De quo vide Consol. ad Polybium c. 21st.
Lippius, Senecae defensor, in annot.
ad. h. l. hoc tamen laudare non potest,
quamquam in vita Senecae c. 5 p. 25
paene adducitur scriptum interposi-
tum vel interpolatum habe-
re.

Denique ab Agrippina Claudii conjugē
revocatus est, quod Tacitus sic: (Annae
12. c. 8)

“ At Agrippina ne malis tantum faci-
“ novibus notesceret, veniam exilii
“ pro Annaeo Seneca, simul praeturam
“ impetrat, laetum in publicum rata,
“ ob claritudinem studiorum eius, utque
“ Domitii pueritia tali magistro ado-
“ lesceret et consiliis ejusdem ad spem
“ dominationis uterentur, quia Seneca
“ fidus in Agrippinam memoria beneficii
“ et insensus Claudio dolore injuriae
“ credebatur.”

Principio et donec Nero praecepta
Senecae et Burrhi, qui in ejus edu-
catione addebatur, sequebatur, res bene
se habebant, Tacitus Annae. XIII, 2 sic

"Hi rectores imperatoriae juventutis, pra-
 "num in societate potentiae, concordēs, di-
 "versa arte ex aequo pollebant: Bui-
 "ritus militaribus curis, et severitate
 "morum; Seneca praeceptis eloquentiae,
 "et comitate honesta, jurantes
 "in vicem, quo facilius lubricam
 "principis aetatem, si virtutem asper-
 "neretur, voluptatibus concessis reti-
 "nerent."

Nero rerum potitus, vitia sceleraque
 paulatim coepit adire, et ductores
 ejus multis in rebus veniam ei
 dabant, ne, consiliis vituperationeque
 malum auferent, et perderent omni-
 no in eum acceptam potentiam, qua
 maleficam et ad imperium proclivem

Agrippinam coercerent.

Senecae a multis obicitur injus-
 te divitias sibi paravisse, quod
 dici non potest, divitem fuisse,
 non adversus, sed injuste, nec negem,
 nec affirmem, quod quum de re aucto-
 res non faciunt. a)

a) Comparemus itaque locos ap. auctori,
 in oratione Suii jam antea allata
 (Tac. Ann. XIII, 42) Senecae obicitur
sex millies sestertium injuste parat-
 us, sed non a Tacito ipso, insuper
 alio loco Tacit. Ann. XIV. 53, Seneca
 Neroni dicit: tantum honorum et
opum in me cumulesti ut est; porro
 monstrat loc. Consol. ad Helv. c. 2. mag-
 nam rem ^{patre} hereditasse a matre, quare

Juvenal Sat. 9. nominat Senecam prae-
divitem rotuperatque luxuriae amo-
 rem; et quibus autem locis al-
 latis, nescio, quomodo dici possit,
 injuste rem familiarem sibi pa-
 rasse. Immo quidem locus allatus e-
 Seneca de parsimonia, quis hoc
 concludere possit? ut: Tenet me
 summus amor parsimoniae, fiteor;
 de tranq. animi c. 1. Cf. de Ira
 l. III, c. 32. 33. 35. 36.

Ut consuetudo, sic vitia et scelera
 crescunt in dies et fiunt al-
 tera natura. Nero, quamquam

voluptatibus omnis generis deditus,
 bono tamen animo et non impius
 et ingratus erga Senecam, sed paula-
 tim cedebat haec humanitas, par-
 tim calumnia inimicorum Senecae,
 partim quia Caesar non tam libe-
 re scelera peragere posse puta-
 vit, vivente rectore atque admo-
 nitore; ~~inimicis~~ ^{cujus}, itaque simulata
 amicitia, pietate atque favore
~~inimicis~~ ^{cujus}, prima occasione fausta ~~ejus~~
 studebat ruinam.

a) Vide Tacitum c. 52 l. XIV ubi Seneca ab ini-
 micis calumniatur, quae cum audirisset, librum
 De vita beata, Defensionis loco
 scripsit.

Seneca, qui bene sensisset, quo statu res essent, demissionem a Caesare saepe petitam, nunquam consecutus est, sed simulata benivolentia et benignitate retinebatur. Praeclare hoc describit Tacitus (Annales l. XIV 55-56) ubi:

His adiecit complexum et oscula,
 factus natura et consuetudine exerci-
 tus velare odium fallacibus blandi-
 tiis. Seneca (qui finis omnium cum do-
 minante sermonum) gratias agit: sed
 instituta prioris potentiae commutat;
 prohibet coetus salutantium: ritat
 comitantes: rarus per urbem, quasi rale
 tudine infensa, aut sapientiae stu-
 diis, domi attingere tur.

Nero uxorius, ex voluntate Poppeae conjugio altera, nam Octavia repu- diata erat, Senecam ad conjuratio- nem Pisonis traxit et ad necem compulsi, quam rem cum melius quem Tacitus nequam narrare, ad illius monstro Annal. l. XV c. 65-65 ubi large et pulchre haec expli- cantur. Quos ex loco mihi videtur, abisse Senecam vita ut philoso- phus reapse, quamvis nonnulli dicant, non aequi modo semper

vixisse

The account of the
 voyage to the
 coast of Africa
 in the year 1781
 by the late
 Commodore
 John Byron
 in the ship
 the Dolphin
 is a very
 interesting
 and useful
 work. It
 contains
 a great
 deal of
 valuable
 information
 respecting
 the
 coast of
 Africa
 and the
 islands
 in the
 Indian
 Ocean.

